

Et ceremoniis deturbare fas fit, sed cives pacificè Et comiter invicem cohabitent, liberumque religionis suæ Et bonorum usum ultro citroque habeant. A. Amico fermone tuo me tibi plurimum devinxisti, gratias ago maximas.

Colloquium XXXIV^{tum}.

De dispositione intuitu regiminis politici.

CLEMENS et DONATUS.

C. **S**uavissime Donate, quæ contineat pacis Westphalicæ dispositio circa regiminis politici statum lubens perciperem. D. Pace tua prælegam ipsum tenorem istius dispositionis. C. Non abnuo. D. Verba propria ita sonant: *Ratione dignitatum Senatoriarum, aliorumque munerum publicorum sit inter utrique religioni addictos æqualitas, idemque numerus. In specie autem quoad civitatem Augustam sint septem Senato-*

D

res